Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



xpi sunt. et ego. ut minus la-
pides dicam. plus ego. In la-
boribus plurimis. in carceribus
habundantius. in plagis su-
pra modum. in mortibus frequen-
ter. A iudeis quinquies quadragen-
as. una minus accepi.
Ter virgis cesus sum semel
lapidatus sum. ter naufra-
gium feci. nocte et die in pro-
fundo maris fui. in itineribus
sepe. periculis fluminum. pe-
riculis latronum. periculis de ge-
nere. periculis de gentibus.
periculis in ciuitate. periculis
in solitudine. periculis in ma-
ri. periculis in falsis fratribus.
In labore et erumpna. in ui-
gilias multas. in fame et si-
ti. in frigoribus multis. in fri-
gore et nuditate. preter illa
que extrinsecus sunt. In
stancia mea cotidiana. so-
licitudo omnium ecclesiarum.
Quis infirmatur et ego non in-
firmor. Quis scandalizatur et
ego non uror. Si gloriari o-
portet quod infirmitatis mee
sunt gloriabor. Deus et pa-
ter domini nostri ihu xpi scit. qui est
benedictus in secula. quod non
mentior. Damascenus pre-
positus gentis arethe regis
custodiebat ciuitatem damas-
cenorum. ut me comprehenderet.

Et per fenestram in sporta de-
missus sum per murum. et sic ef-
fugi manus eius. Si gloriari
oportet. non expedit. quoniam
ueniam autem ad visiones et
revelationes domini. Scio hominem
in xpo ante annos quatuordecim sive in corpore
nescio. sive extra corpus
nescio deus scit raptum hu-
iusmodi usque ad tertium celum.
Et scio huiusmodi hominem
sive in corpore sive extra cor-
pus nescio deus scit. quo-
niam raptus est in paradisum.
et audiuit arcana uerba.
quae non licet homini loqui. huius-
modi gloriabor. pro me autem
nichil gloriabor. nisi in infir-
mitatibus meis. Nam si
voluero gloriari non ero insi-
piens. Veritatem enim dicam.
Parco autem ne quis me exis-
timet supra id quod uidet in
me. aut audit aliquid ex
me. et ne magnitudo re-
uelationum extollat me da-
tus est michi stimulus carnis
mee. Angelus satanae ut
me colaphizet. propter quod ter
dominum rogauit ut discederet
a me. Et dixit michi suf-
ficit tibi gratia mea. Nam
uirtus in infirmitate perfi-
citur. libenter igitur gloriabor in in-